



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar

Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

De Figuris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

Spherica in conuexam distinguitur & concaua. Conuexa κυρτή ἐπιφάνεια, exterior est sphaerae vel rotundorum corporum ambitus. Concaua κοιλὴ ἐπιφάνεια, interior est in cauo orbe aut excauatis corporibus ambitus.

De Figuris.

Figurae ὀρίματα vocantur, quas vnus pluresue termini includunt. Vnus, vt Circulum, Spharam. Plures, vt figuras reliquas omnes.

Figurarum primū discrimen subiecta pariunt & termini. Aliæ enim superficiebus inhaerent, & lineis definiuntur, Aliæ solidis insunt corporibus, & superficiebus conformatae, solidis corporibus velut metas circundant, & certam affingunt, inducuntq; speciem. Has solidas, illas in superficie descriptas figuras nominabimus. Solidæ ad corpora pertinet.

Figurarum in superficie, aliæ Simples sunt, aliæ Mixtae.

Simplices, lineæ simplices, & solæ vel rectæ vel circulares includunt & definiunt. Sunt enim Lineæ superficieum termini, vt linearum Puncta.

Et figurae rectis comprehensæ lineis, εὐθύγραμματα ὀρίματα, circularib. inclusæ περιφαστάγραμματα vocantur. Has verò vel vna linea circūdat, vt circulū, vel plures lineæ, extremis connexæ sinibus, cōcludunt & absoluunt, vt reliqua ὀρίματα.

Deniq;

Deniq; rectarum linearum figuræ, in sola pla-
 na describuntur, unde $\epsilon\upsilon\theta\upsilon\gamma\gamma\alpha\mu\mu\alpha \epsilon\pi\iota\pi\epsilon\delta\alpha$
 vocantur, nos planas rectarum linearum appellabi-
 mus. Reliquæ, quas circulares exprimunt & effin-
 untur, vel in planicie definiuntur, vocanturq;
 $\kappa\upsilon\kappa\lambda\omicron\gamma\gamma\alpha\mu\mu\alpha \epsilon\pi\iota\pi\epsilon\delta\alpha$, vel in cõuexa sphæ-
 ricæ superficie, perimetris circulorum se mutuo con-
 uergentibus conformantur, & $\pi\epsilon\gamma\iota\phi\epsilon\gamma\omicron\gamma\gamma\alpha\mu\mu\alpha$
 nominantur. Illas nos circulares seu cur-
 uas planas, has sphericas appellabimus.

Planæ rectarum linearum, differentias multas
 complectuntur, Triquetra $\tau\epsilon\tau\epsilon\rho\alpha\pi\lambda\delta\upsilon\rho\alpha$, penta-
 gona, hexagona & cætera.


Triquetrum seu triangulum rectarum linearũ,
 $\tau\upsilon\gamma\omega\upsilon\upsilon\upsilon\epsilon\upsilon\theta\upsilon\gamma\gamma\alpha\mu\mu\omicron\upsilon\upsilon$, est figura in planicie
 tribus rectis lineis, quæ sinibus se suis mutuo con-
 iungunt, conformata, estq; inter planas figuras re-
 ctarum linearum prima. Duæ enim rectæ, alteru-
 tris duobus terminis copulatæ, & si angulum con-
 stituunt, figuram tamen neutiquam absoluunt. Sed
 tertia his adiuncta, & concludit cõpletq; superficiẽ
 & eidem speciẽ trigoni accommodat. Cæterarum
 figurarum huius generis eum quælibet locũ obti-
 net, quem numerus laterum duobus detractis ostẽ-
 dit.

Et quælibet itidem tot angulos rectos com-
 plectitur,

plectitur, quod ordinis numerus duplicatus con-
stituit. Triangulum prima figura est. Vnitas ergo
duplicata ostendit triangulo duos rectos angulos
inesse potentia. Quadratum secundum obtinet lo-
cum, binarius duplicatus, quatuor rectos gignit.
Tertium habet locum pentagonum, tria duplicata
sex rectis equari, quinque pentagoni angulos de-
monstrant. Sic de ceteris.

Triquetrorum species ses-
ptem sunt.

ἰσοπλευρον ὀξυγώνιον, quod equalibus late-
ribus continetur, & equalibus angulis acutis.



ἰσοσκελές, id est, duobus equalibus cruribus
insistens, in quo duo sunt latera equalia. Hoc in
differentias tres distinguitur, quas angulus, quem
equalia latera comprehendunt, gignit.

ἰσοσκελές ὀρθογώνιον, quod præter equalia
latera